



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXIX. De bonitate, & malitia tristitiæ, seu doloris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

causa redditur delectabile.
SECUNDUM dicendum, quod ipse dolor animi si
tristaret, sed consideratio causa eius, quae est
magis delectat. Et per hoc patet responsio ad 3.

ARTICVLVS III.

*Vtrum per contemplationem veritatis, dolor,
& tristitia mitigentur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod contem-
platio veritatis non mitiget dolorem. Dicit enim
Eccles. 2. Qui addit scientiam, addit & dolorem: sed scien-
tia ad contemplationem veritatis pertinet. non ergo
contemplatio veritatis mitigat dolorem.

¶ 2. Præter. Contemplatio veritatis ad intellectum spe-
culatiuum pertinet: sed intellectus speculatiuus non
mouet, ut dicitur in 3. de anima. cum igitur gaudium, & do-
lor sint quidam motus animi, videtur quod contem-
platio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris.

¶ 3. Præter. Remediis ægritudinis apponendum est, ubi
est ægritudo: sed contemplatio veritatis est in intellectu.
non ergo mitigat dolorem corporalem, qui est in sensu.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in I. Soliloquio.
* Videbatur mihi, si se ille mentibus nostris verita-
tis fulgor aperiret, aut non me sensurum fuisse illi
dolorem, aut certe pro nihilo toleraturum.

RESPON. Dicendum, sicut supra dictum est, quod
in contemplatione veritatis maxima delectatio con-
sistit. Omnis autem delectatio dolorem mitigat, ut
supra dictum est: & ideo contemplatio veritatis mi-
gat tristitiam, uel dolorem: & tanto magis, quanto
perfectius aliquis est amator sapientie: & ideo homi-
nes ex contemplatione diuina, & futuræ beatitudi-
nis, in tribulationibus gaudent, secundum illud Iac.
1. Omne gaudium exiimate fratres mei, cum in tenta-
tiones varias incideritis. & quod est amplius, et in
ter corporis cruciatus, huiusmodi gaudium inueni-
tur, sicut Tyburtius martyr cum nudatis plantis su-
per ardentem prunas incedere, dixit. Vt mihi, quod
super roseos flores incedam in nomine Iesu Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod qui addit
scientiam, addit dolorem, uel propter difficultatē
& defectum inueniendæ veritatis, uel propter hoc
quod per scientiam homo cognoscit multa, quæ uolunta-
ti contrariantur. & sic ex parte rerum cognitarum
scientia dolorem causat. ex parte autem contempla-
tionis veritatis, delectationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod intellectus spe-
culatiuus non mouet animū ex parte rei speculatae;
mouet tamen animū ex parte ipsius contemplationis, quod est
quoddam bonum hominis, & naturaliter delectabile.

AD TERTIUM dicendum, quod in uiribus ani-
mæ sit redundantia a superiori ad inferius, & secun-
dum hoc delectatio contemplationis, quæ est in su-
periori parte, redundat ad mitigandum etiā dolo-
rem, qui est in sensu.

ARTICVLVS V.

Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per somnum, & balnea.

Phil. 29.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod som-
nus & balneum non mitigent tristitiam. Tris-
titia enim in anima consistit: sed somnus & balneum
ad corpus pertinent. non ergo aliquid faciunt ad mi-
tigationem tristitiæ.

¶ 2. Præter. Idem effectus non uidetur causari ex con-
trariis causis: sed huiusmodi cum sint corporalia, re-

F pugnat contemplationi ueritatis, quæ est causa mi-
gationis tristitiæ, ut dictum est. non ergo per hu-
iufmodi tristitia mitigatur.

¶ 3. Præter. Tristitia, & dolor, secundum quod perti-
nent ad corpus, in quadam transmutatione cordis
consistunt: sed huiusmodi remedia magis uidentur
pertinere ad exteriores sensus & membra, quam ad
interiorem cordis dispositionem. non ergo per hu-
iufmodi tristitia mitigatur.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 9. Confes. Au-
dieram balnei nomen in de dictum, quod anxietate
pellat ex animo. Et Isira, Dormiui, & euigilaui, & non
parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum.
Et adducit quod in hymno Ambrosii dicitur, quod
quies. artus solutos reddidit laboris usui, mentisque
fessas allenat, luctusque soluit anxios.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,
* Tristitia secundum suam speciem repugnat uitali
motiōi corporis: & ideo illa quæ reformant naturā
corporalem in debitum statum uitalis motiōis, re-
pugnant tristitiæ, & ipsam mitigat. Per hoc etiam quod
huiusmodi remediis reducitur natura ad debitum
statum, causatur ex his delectatio. hoc enim est quod
delectationem facit, ut supra dictum est. unde cum
omnis delectatio tristitiam mitiget, per huiusmodi
remedia corporalia tristitia mitigatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsa debita
corporis dispositio, in quantum sentitur, delectatio-
nem causat, & per consequens tristitiam mitigat.

AD SECUNDVM dicendum, quod delectationū una
aliā impedit, ut supra dictum est: & tamen omnis delecta-
tio tristitiam mitigat, nisi non est inconueniens, & ex
causis seinuicem impediētibz tristitia mitigatur.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis bonadi-
positio corporis redundat quodammodo ad cor-
dis principium, & finem corporalium motio-
num, ut dicitur in lib. de causa motus animalium.

QVAESTIO XXXIX.

*Super quaest. trigesima
nona articulum pri-
mum.*

*De bonitate, & malitia tristitiæ, seu do-
loris, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum
est de bonitate, & mali-
tia doloris, uel tristitiæ.

ET CIRCA hoc querū-
tur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnis tristitia
sit malum.

¶ Secundo, Vtrum possit esse bo-
num honestum. (le.

¶ Tertio, vtrum possit esse bonū uti

¶ Quarto, Vtrum dolor corporis
sit summum malum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis tristitia sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod omnis tristitia
sit mala. Dicit enim * Greg. Nyss. Omnis tristitia malum est sui-
pitiis natura: sed quod naturaliter
est malum, semper & ubique est
malum. ergo omnis tristitia est
mala.

¶ 2. Præter. Illud quod omnes fugiunt,

*In articulo. quæst.
39. dubium occur-
rit, de qua bonitate
uel malitia sit præ-
sens questio. si de
naturali sit, incepta
sine corporis articu-
li dicitur, sed quia
sermo est moralis. Ad
moralē enim mo-
ralis malitia spectat.
Si de naturali, fallat
deur doctrina, tum
quia si tristitia esset
simpliciter mala mo-
raliter, nulla posset
ratione fieri bona
moraliter, cuius op-
positum in 2. & 3. ar-
ticulo habetur: tum
quia ratio inducta in
libera, in ethicis est ad
hoc nam recta ratio
habet quod appetit
quandoque priuatum
quiete in bono, &
anxiatur de presen-
ti malo, ut patet in
uoluntarium assumē-
tibus luctum pro-
pter Deum.
¶ Ad hoc dicitur
quod hic est sermo
de bonitate & mali-
tia morali, sicut in
supra-*

superioribus tractatibus. Ad cuius evidentiam scito primo ex litera, quod tristitia potest dupliciter considerari. Primo ex parte contritantis, secundo ex parte sentientis, & repudiantis ipsum malum contritans. Appetere tristitiam ex parte contritantis, est appetere ipsum contritans, ut sic: appetere autem tristitiam ex parte sentientis, & repudiantis malum, est appetere satisfactionem, seu cognitionem, & refutationem mali. Clare autem patet, quod primo modo tristitia non est appetibilis: quoniam contritans, ut sic, mali rationem habet. Secundo vero modo, tristitia est appetibilis ex suppositione. Supposito enim quod contritans adest, bonum est cognoscere, & refutare illud. Et quia tristitia includit haec omnia simul, ideo non habet locum in Deo, nec in beatis: & inter habentes nullus appetit tristitiam quod ad omnia ad illam requisita: quia nullus appetit presentiam contritantis, qui iamvis multo appetat tristitiam, supposita presentia contritantis absentie boni amari, vel offensae diuinae: Quia igitur tristitia secundum se tota non est appetibilis, consequens est ut non sit de genere bonorum, cum bonum sit quod omnia appetunt. Verum ad morale bonum descendendo, scito secundum S. Tho. in quolibet, quod actus humani quadrifaria dicuntur quod ad bonitatem, & malitiam: quidam sunt per se mali, ut mentiri, quidam per se boni, ut colere Deum: quidam in differentes, ut leuare seculam de terra: quidam solitarie sumpti sonantes malum, qui tamen possunt ex aduentibus honestari ut sunt boni, ut occidere hominem. hoc enim solitarie sumptum importat aliquid inconsonans rationi. Violenta enim priuatio uitae humanae

etiam uirtuosi, est malum: sed tristitia omnes fugiunt etiam uirtuosi: quia, ut dicitur in 7. Ethic. Et si prudens non intendat delectari, tamen intendit non tristari. ergo tristitia est malum. ¶ 3. Præ. Sicut malum corporale est obiectum & causa doloris corporalis, ita malum spirituale est obiectum, & causa tristitia spiritualis: sed omnis dolor corporalis, est malum corporis. ergo omnis tristitia spiritualis est malum anime. SED CONTRA. Tristitia de malo contrariatur delectationi de malo: sed delectatio de malo est mala, unde in delectationem quorumdam dicitur Pro. 2. quod latantur cum maleferunt. ergo tristitia de malo est bona. RESPON. Dicendum, quod aliquid esse bonum, uel malum potest dici dupliciter. Uno modo, simpliciter & secundum se: & sic omnis tristitia est quoddam malum. hoc enim ipsum quod est appetitum hominis avari de malo patitur, rationem habet: impeditur. per hoc quod appetitus in bono. Alio modo dicitur aliquid bonum, uel malum ex suppositione alterius, sicut uerecundia dicitur esse bonum ex suppositione alicuius turpis commisit, ut dicitur in 4. Ethic. Sic igitur supposito aliquo contritabili, uel doloroso, ad bonitatem pertinet, quod aliquis de malo presenti tristetur, uel doleat. Quod si non tristetur uel non doleret, non posset esse, nisi quia uel non sentiret, uel quia non reputaret sibi repugnans: & utrumque istorum est malum manifeste. & ideo ad bonitatem pertinet, ut supposita presentia mali, sequatur tristitia, uel dolor. & hoc est quod Aug. dicit 8. super Genesim. * ad literam. Adhuc est bonum quod dolet amissum bonum: nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pena. Sed quia sermone morales sunt in singularibus, quorum sunt operationes, illud quod est ex suppositione bonum, dicitur bonum iudicari: sicut quod est ex suppositione uoluntarium, iudicatur uoluntarium, ut dicitur in 3. Ethic. & supra habitum est. AD PRIMUM ergo dicendum, quod Greg. Nyss. loquitur de tristitia ex parte mali tristitantis, non autem ex parte sentientis & repudiantis malum. Et ex hac etiam parte omnes fugiunt tristitiam, in quantum fugiunt malum, sed sensum & refutationem mali non fugiunt. Et sic dicendum est de dolore corporali: non sensus & refusio mali corporalis attestat naturam bonam. Vnde patet responsio ad 1m & ad tertium.

ARTICVLVS II.

Unum tristitia potest esse bonum honestum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod tristitia non habeat rationem boni honesti. Quod enim ad inferos deducit, contrariatur honesto. sed sicut dicit Aug. 12. super Gen. ad literam, iacob hoc timuisse uideatur, ne nimia tristitia sic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum. ergo tristitia non habet rationem boni honesti.

¶ 2. Præ. Bonum honestum habet rationem laudabilis & meritorii, sed tristitia diminuit rationem laudis & meriti. dicitur n. Apost. 2. ad Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. ergo tristitia non est bonum honestum.

¶ 3. Præ. Sicut Aug. dicit 14. de Cui. Dei. * Tristitia est de his quae nobis uolentibus accidunt, sed non uelle ea quae praesentialiter fiunt, est habere uoluntate repugnantem ordinationi diuinae, cuius prouidentiae subiacent omnia quae aguntur. ergo cum conformitas humana uoluntatis ad diuinam prius reuerentiam uoluntatis, ut iuxta praedictum est, * ut quod tristitia contrarietur rectitudini uoluntatis, & sic non habeat rationem honesti.

SED CONTRA. Omne quod meretur praemium uitae aeternae, habet rationem honesti, sed tristitia est huiusmodi, ut patet per id quod dicitur Matth. 5. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. ergo tristitia est bonum honestum.

RESPON. Dicendum, quod secundum illam rationem, quae tristitia est bonum, potest esse bonum honestum. * Dicitur est. n. quod tristitia est bonum secundum cognitionem, & refusationem mali, quae quidem duo in dolore corporali attestantur bonitati naturae, ex qua prouenit quod sensus sentit, & natura refugit lesiuium, quod causat dolorem. In interiori uero tristitia cognitio mali quandoque quidem est per rectum iudicium rationis, & refusio mali est per uoluntatem bene dispositam detestante malum: omne autem bonum honestum ex his duobus procedit, scilicet ex rectitudine rationis, & uoluntatis. unde manifestum est, quod tristitia potest habere rationem boni honesti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnes passionem animae regulari debent secundum regulam rationis, quae est radix boni honesti, quam transeunt dit immoderata tristitia, de qua loquitur Aug. & iohannes

rationi dissonat: sed si addatur propter maius bonum ab habente auctoritatem &c. efficitur consonas rationi. nec propterea actus malus moraliter, sit bonus moraliter, sed actus qui si secundum se, solitarie fieret, esset malus moraliter quando fit, circumdatus honestis conditionibus, est bonus moraliter. In hoc quarto genere locum intelligitur tristitia, quae in litera dicitur simpliciter, & secundum se, id est, solitarie, mala malitia moralis: quia si appeteretur & haberetur sola, mala moraliter esset, ut patet ex dictis: & tamen si appetatur, & habeatur supposito malo &c. bona moraliter esse potest, ut in 2. & 3. ar. patet. ¶ Ad primum igitur in oppositum dicitur, quod ad requiem accidunt de se, per se, ut opponitur ad 1 per accidens, & ut opponitur ad cum alio. Quod enim est moraliter malum per se, id est, contra per accidens, habet malitiam in aliquo modo dicendi per se, & consequenter nunquam perdit illam: quod autem est malum moraliter per se, id est, non cum alio, habet solitarie malitiam, quam ex conjunctione cum alio perdit; & hoc modo tristitia dicitur secundum se mala moraliter. ¶ Ad secundum dicitur, quod ratio illa non concludit tristitiam esse per se malam moraliter, ut dicitur est, nec ad hoc affertur ab auctore; sed concludit, quod tristitia est mala moraliter, si solitarie sumatur: quia importat aliquid solitarie sumptum dissonans rationi scilicet priuationem boni, inquietudinemque appetitus.

Super

Ar. preced.

Superioribus tractatibus. Ad cuius evidentiam scito primo ex litera, quod tristitia potest dupliciter considerari. Primo ex parte contritantis, secundo ex parte sentientis, & repudiantis ipsum malum contritans. Appetere tristitiam ex parte contritantis, est appetere ipsum contritans, ut sic: appetere autem tristitiam ex parte sentientis, & repudiantis malum, est appetere satisfactionem, seu cognitionem, & refutationem mali. Clare autem patet, quod primo modo tristitia non est appetibilis: quoniam contritans, ut sic, mali rationem habet. Secundo vero modo, tristitia est appetibilis ex suppositione. Supposito enim quod contritans adest, bonum est cognoscere, & refutare illud. Et quia tristitia includit haec omnia simul, ideo non habet locum in Deo, nec in beatis: & inter habentes nullus appetit tristitiam quod ad omnia ad illam requisita: quia nullus appetit presentiam contritantis, qui iamvis multo appetat tristitiam, supposita presentia contritantis absentie boni amari, vel offensae diuinae: Quia igitur tristitia secundum se tota non est appetibilis, consequens est ut non sit de genere bonorum, cum bonum sit quod omnia appetunt. Verum ad morale bonum descendendo, scito secundum S. Tho. in quolibet, quod actus humani quadrifaria dicuntur quod ad bonitatem, & malitiam: quidam sunt per se mali, ut mentiri, quidam per se boni, ut colere Deum: quidam in differentes, ut leuare seculam de terra: quidam solitarie sumpti sonantes malum, qui tamen possunt ex aduentibus honestari ut sunt boni, ut occidere hominem. hoc enim solitarie sumptum importat aliquid inconsonans rationi. Violenta enim priuatio uitae humanae

etiam uirtuosi, est malum: sed tristitia omnes fugiunt etiam uirtuosi: quia, ut dicitur in 7. Ethic. Et si prudens non intendat delectari, tamen intendit non tristari. ergo tristitia est malum. ¶ 3. Præ. Sicut malum corporale est obiectum & causa doloris corporalis, ita malum spirituale est obiectum, & causa tristitia spiritualis: sed omnis dolor corporalis, est malum corporis. ergo omnis tristitia spiritualis est malum anime. SED CONTRA. Tristitia de malo contrariatur delectationi de malo: sed delectatio de malo est mala, unde in delectationem quorumdam dicitur Pro. 2. quod latantur cum maleferunt. ergo tristitia de malo est bona. RESPON. Dicendum, quod aliquid esse bonum, uel malum potest dici dupliciter. Uno modo, simpliciter & secundum se: & sic omnis tristitia est quoddam malum. hoc enim ipsum quod est appetitum hominis avari de malo patitur, rationem habet: impeditur. per hoc quod appetitus in bono. Alio modo dicitur aliquid bonum, uel malum ex suppositione alterius, sicut uerecundia dicitur esse bonum ex suppositione alicuius turpis commisit, ut dicitur in 4. Ethic. Sic igitur supposito aliquo contritabili, uel doloroso, ad bonitatem pertinet, quod aliquis de malo presenti tristetur, uel doleat. Quod si non tristetur uel non doleret, non posset esse, nisi quia uel non sentiret, uel quia non reputaret sibi repugnans: & utrumque istorum est malum manifeste. & ideo ad bonitatem pertinet, ut supposita presentia mali, sequatur tristitia, uel dolor. & hoc est quod Aug. dicit 8. super Genesim. * ad literam. Adhuc est bonum quod dolet amissum bonum: nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pena. Sed quia sermone morales sunt in singularibus, quorum sunt operationes, illud quod est ex suppositione bonum, dicitur bonum iudicari: sicut quod est ex suppositione uoluntarium, iudicatur uoluntarium, ut dicitur in 3. Ethic. & supra habitum est. AD PRIMUM ergo dicendum, quod Greg. Nyss. loquitur de tristitia ex parte mali tristitantis, non autem ex parte sentientis & repudiantis malum. Et ex hac etiam parte omnes fugiunt tristitiam, in quantum fugiunt malum, sed sensum & refutationem mali non fugiunt. Et sic dicendum est de dolore corporali: non sensus & refusio mali corporalis attestat naturam bonam. Vnde patet responsio ad 1m & ad tertium.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod tristitia non habeat rationem boni honesti. Quod enim ad inferos deducit, contrariatur honesto. sed sicut dicit Aug. 12. super Gen. ad literam, iacob hoc timuisse uideatur, ne nimia tristitia sic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum. ergo tristitia non habet rationem boni honesti. ¶ 2. Præ. Bonum honestum habet rationem laudabilis & meritorii, sed tristitia diminuit rationem laudis & meriti. dicitur n. Apost. 2. ad Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia, aut ex necessitate. ergo tristitia non est bonum honestum. ¶ 3. Præ. Sicut Aug. dicit 14. de Cui. Dei. * Tristitia est de his quae nobis uolentibus accidunt, sed non uelle ea quae praesentialiter fiunt, est habere uoluntate repugnantem ordinationi diuinae, cuius prouidentiae subiacent omnia quae aguntur. ergo cum conformitas humana uoluntatis ad diuinam prius reuerentiam uoluntatis, ut iuxta praedictum est, * ut quod tristitia contrarietur rectitudini uoluntatis, & sic non habeat rationem honesti. SED CONTRA. Omne quod meretur praemium uitae aeternae, habet rationem honesti, sed tristitia est huiusmodi, ut patet per id quod dicitur Matth. 5. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. ergo tristitia est bonum honestum. RESPON. Dicendum, quod secundum illam rationem, quae tristitia est bonum, potest esse bonum honestum. * Dicitur est. n. quod tristitia est bonum secundum cognitionem, & refusationem mali, quae quidem duo in dolore corporali attestantur bonitati naturae, ex qua prouenit quod sensus sentit, & natura refugit lesiuium, quod causat dolorem. In interiori uero tristitia cognitio mali quandoque quidem est per rectum iudicium rationis, & refusio mali est per uoluntatem bene dispositam detestante malum: omne autem bonum honestum ex his duobus procedit, scilicet ex rectitudine rationis, & uoluntatis. unde manifestum est, quod tristitia potest habere rationem boni honesti. AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnes passionem animae regulari debent secundum regulam rationis, quae est radix boni honesti, quam transeunt dit immoderata tristitia, de qua loquitur Aug. & iohannes

rationi dissonat: sed si addatur propter maius bonum ab habente auctoritatem &c. efficitur consonas rationi. nec propterea actus malus moraliter, sit bonus moraliter, sed actus qui si secundum se, solitarie fieret, esset malus moraliter quando fit, circumdatus honestis conditionibus, est bonus moraliter. In hoc quarto genere locum intelligitur tristitia, quae in litera dicitur simpliciter, & secundum se, id est, solitarie, mala malitia moralis: quia si appeteretur & haberetur sola, mala moraliter esset, ut patet ex dictis: & tamen si appetatur, & habeatur supposito malo &c. bona moraliter esse potest, ut in 2. & 3. ar. patet. ¶ Ad primum igitur in oppositum dicitur, quod ad requiem accidunt de se, per se, ut opponitur ad 1 per accidens, & ut opponitur ad cum alio. Quod enim est moraliter malum per se, id est, contra per accidens, habet malitiam in aliquo modo dicendi per se, & consequenter nunquam perdit illam: quod autem est malum moraliter per se, id est, non cum alio, habet solitarie malitiam, quam ex conjunctione cum alio perdit; & hoc modo tristitia dicitur secundum se mala moraliter. ¶ Ad secundum dicitur, quod ratio illa non concludit tristitiam esse per se malam moraliter, ut dicitur est, nec ad hoc affertur ab auctore; sed concludit, quod tristitia est mala moraliter, si solitarie sumatur: quia importat aliquid solitarie sumptum dissonans rationi scilicet priuationem boni, inquietudinemque appetitus.

Super

Ar. preced.

Prima Secunda S. I. homie. L 3

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

recedit a ratione honesti.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut tristitia de malo procedit ex uoluntate, & ratione recta, quae detestatur malum: ita tristitia de bono procedit ex ratione & uoluntate peruersa, quae detestatur bonum. & ideo talis tristitia impedit laudem, uel meritum boni honesti, sicut cum quis facit cum tristitia elemosinam.

AD TERTIUM dicendum, quod aliqua praesentialiter eueniunt, quae non sunt Deo uolente, sed Deo permittente, sicut peccata: unde uoluntas repugnans peccato existenti, uel in se, uel in alio, non discordat a uoluntate Dei. mala uero poenalia praesentialiter contingunt etiam Deo uolente: non tamen exigitur ad recititudinem uoluntatis, quod ea secundum se homo uelit, sed solum quod non contrastratur ordini diuinae iustitiae, ut supra dictum est.

* q. 19. ar. 10.

ARTICVLVS III.

Utrum tristitia possit esse bonum utile.

q. 15. ar. 6. ad 2. & 3. & q. 49. ar. 6. ad 2.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod tristitia non possit esse bonum utile. Dicitur enim Eccles. 30. Multos occidit tristitia, & non est utilitas in illa. ¶ 2. Præter. Electio est de eo quod est utile ad finem aliquod, sed tristitia non est eligibilis, quoniam id est sine tristitia, quae cum tristitia est magis eligendum, ut dicitur in 3. Topic. ergo tristitia non est bonum utile.

* Cap. 2. non renouet a principio. Text. 17. co. 2. * Cap. 5. ante motto 5.

¶ 3. Præter. Omnis res est propter suam operationem, ut dicitur in 2. de celo, sed tristitia impedit operationem, ut dicitur in 10. Ethic. ergo tristitia non habet rationem boni utilitatis.

SED CONTRA. Sapiens non querit nisi utilia, sed sicut dicitur Eccles. 7. Cor sapientum ubi tristitia, & cor stultorum ubi lætitia. ergo tristitia est utilis.

RESPON. Dicendum, quod ex malo praesenti insurgit duplex appetitiuus motus. Vnus quidem est, quo appetitus contrariatur malo praesenti, & ex ista parte tristitia non habet utilitatem: quia id quod est praesens, non potest non esse praesens. Secundus motus confurgit in appetitu ad fugiendum & repellendum malum contrastrans, & quantum ad hoc tristitia habet utilitatem, si sit de aliquo, quod est fugiendum. Est enim aliquid fugiendum dupliciter. Vno modo, propter seipsam ex contrastrarietate, quae habet ad bonum, sicut peccatum: & id tristitia de peccato utilis est ad hoc, quod homo fugiat peccatum, sicut Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Gaudeo, non quia contrastrati estis, sed quia contrastrati estis ad penitentiam. Alio modo, est aliquid fugiendum, non quia sit secundum se malum, sed quia est occasio mali, dum uel homo nimis inhæret ei per amorem, uel est ex hoc, quod praecipitatur in aliquod malum, sicut patet in bonis temporalibus & secundum hoc tristitia de bonis temporalibus potest esse utilis, sicut dicitur Eccles. 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuuii: in illa enim finis cunctorum adnotetur hominum. Id autem tristitia in omni fugiendum est utilis: quia geminatur fugiendi causa. nam ipsum malum secundum se fugiendum est, ipsam autem tristitiam secundum se omnes fugiunt: sicut est bonum omnes appetunt, & delectationem de bono. Sicut ergo delectatio de bono facit, ut bonum auidius queratur: ita tristitia de malo facit, ut malum uehementius fugiatur.

q. 37. ar. 3.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod authoritas illa intelligitur de immoderata tristitia, quae animam absorbet. huiusmodi enim tristitia immobilizat animam, & impedit fugam mali, ut supra dictum est.

AD II. dicendum, quod sicut quodlibet eligibile sit minus eligibile propter tristitiam: ita quodlibet fu-

giendum redditur magis fugiendum propter tristitiam, & quantum ad hoc tristitia est utilis.

AD TERTIUM dicendum, quod tristitia de operatione aliqua impedit operationem, sed tristitia de cessatione operationis facit auidius operari.

ARTICVLVS IIIL.

Utrum dolor corporis sit summum malum.

Super quest. trigesima nona articulum quartum.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod tristitia sit summum malum. Optimum enim opponitur pessimum, ut dicitur in 8. Ethic. sed quaedam delectatio est optimum, quae pertinet ad felicitatem. ergo aliqua tristitia est summum malum.

¶ 2. Præter. Beatitudo est summum bonum hominis, quia est ultimus hominis finis, sed beatitudo consistit in hoc, quod homo habeat quicquid uelit, & nihil mali uelit, ut supra dictum est. ergo summum bonum hominis est impletio uoluntatis ipsius, sed tristitia consistit in hoc, quod accidit aliquid contra uoluntatem, ut patet per Augustinum 14. de Ciuit. Dei. ergo tristitia est summum malum hominis.

¶ 3. Præter. Augustinus sic argumentatur in 1. Soliloquio. Ex duabus partibus compositi sumus, ex anima scilicet & corpore, quarum pars deterior est corpus. summum autem bonum est melioris partis optimum: summum autem malum pessimum deterioris. est autem optimum in animo sapientia, in corpore pessimum dolor. summum igitur bonum hominis est sapere: summum malum, dolere.

SED CONTRA. Culpa est magis malum, quam poena, ut in primo habitum est, sed tristitia, seu dolor pertinet ad poenam peccati, sicut frui rebus mutabilibus est malum culpae. Dicit enim Augustinus in libro de uera religio. Quis est dolor, qui dicitur animi, nisi carere mutabilibus rebus, quibus fruebatur, aut frui se posse sperauerat? & hoc est totum quod dicitur malum, id est, peccatum, & poena peccati. ergo tristitia, seu dolor non est summum malum hominis.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est aliquam tristitiam, seu dolorem esse summum hominis malum. Omnis enim tristitia, seu dolor aut est de hoc quod est uere malum, aut est de aliquo apparenti malo, quod est uere bonum. dolor autem, seu tristitia quae est de uere malo, non potest esse summum malum: est enim aliquid eo peius. uel non iudicare esse malum illud quod uere est malum, uel est non refutare illud. Tristitia autem, uel dolor, quod est de apparenti malo, quod est uere bonum, non potest esse summum malum: quia peius est omnino alienari a uero bono, unde impossibile est, quod aliqua

Super

Sum. 2. l. co. h. d. 26. q. 1. co. & q. 4. ar. 8. cap. 1. 263.